Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quasi qui sanguinem siullum
offert. Qui recordat thuris.
quasi qui benedicit idola. Hi
certe in ueteri testamento tam odi
bile. quam oblatio siulli. nil tam
execrabile in ueteri ⁊ nouo. quam
benedicere idola. ⁊ tamen miscedia
de rapina paupum oblata. his
merito comparatur. Quo con
tra sca scriptura percipit dicens.
Ex substantia tua fac elemosinam.
⁊ noli auertere faciem tuam ab ullo
paupe. Ex substantia inquit
tua. non ex aliena. quia sicut
ex tua dei clementiam inuenis. ita
ex aliena iram incurris. Apte
autem hoc in loco illud etiam in
curritur. quod supra memorie
defuisse cognosco. quia non nulli
ex iustis quidem laboribus. atque
reditibus preparant que omnipotenti do
offerant. in ppos tamen usus ma
le acquisita assumunt. Quibus
dicendum est. Quia quamuis pu
tentur iusta. non tamen possunt
placere summo bono. illorum
munera. qui non studuerunt
immaculatam seruare uitam. Quid
enim preciosius conditori mundi. an
ima mea. an dona mea? Quod si
anima sordeuerit de his. nunquid
munus aliud exterius placebit?
Restat igitur ut nichil ex iniquitate
largitori uero offeratis. nichil
ex malo usu uero assumatis. si
ex iustis laboribus ac iustis reditibus
⁊ illi offeratis. ⁊ uos iuuamini. Restat
etiam ut sit res temporalis in
usum. solus ille quia uos creauit
⁊ bona temporalia preparauit.
in desiderium. ut cum transierint
illa. que dedit. immo ⁊ uos pa
riter cum illis transieritis que
dedit. peniatis ad illum qui dedit.
cum quo sine fine gaudeatis. sine
fine regnetis. in cuius regno sic
sol fulgeatis. ⁊ lilia ⁊ rosa uer
nantes redoleatis. omnibus diui
tiis phenniter affluatis. ubi
scis domus turribus ciuitas preparata est.
cui fundamenta omnium lapidum
preciosorum ornatu subsistunt.
que habent portas ex singlis
margaritis. cum platee ex auro